Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26359
Copyright: Admont, Benediktinerstift

nos uero per inopiam significantium [ntiu] uocum translatiuam a latinis reti-
nuimus nuncupationem. eam quam illi ypostasin dicunt. personam
uocantes. Sed peritior [quam latinitas] grecia sermonum. ypostasin uocat indi-
Atque uti greca utar oratione **XXIII** uiduam substantiam. [F xxiii.]
oysioi id est essentie in uniuersalibus quidem esse possunt. in solis
uero indiuiduis et particularibus ypostai id est subsistentie. Intel-
lectus enim uniuersalium rerum. ex particularibus sumptus est.
Quocirca cum ipse subsistentie in uniuersalibus quidem sint. in par-
ticularibus uero capiant substantiam. iure subsistentias particu-
lariter substantes. ypostasis appellauerunt. Neque enim pensius
subtiliusque intuenti. idem uidebitur esse subsistentia [si]. quod substantia.
Nam quod greci oysiosin. id nos subsistentiam appellamus. quod
illi ypostasin. id nos substantiam interpretamur. Subsistit enim quod
ipsum accidentibus ut possit esse non indiget. ut genera et spe-
cies. Neque enim accidentia generibus speciebusue contingunt.
Substat autem. quod aliis accidentibus subiectum quoddam ut esse
ualeat. subministrat. Sub illis enim stat. dum subiectum est
accidentibus. Indiuidua igitur non modo subsistunt. uerum et sub-
stant. Nam neque ipsa indigent accidentibus ut sint. infor-
mata sunt enim propriis et specificis differentiis. et accidenti-
bus ut esse possint. subministrant. dum sunt scilicet subiecta. Gre-
[itaque] cia non inops uerborum. essentiam. usiam. subsistentiam usio-
sin. substantiam ypostasin. personam prosopon appellauit. Ideo
autem ypostasin greci indiuiduas substantias uocauerunt. quoniam ce-
teris subsunt. et quibusdam quasi accidentibus subposite sunt. atque idcir-
co nos quoque substantias eas nuncupamus. quasi subpositas. quas ypo-sta-
seis. Cumque etiam prosopa nuncupent easdem substantias. possumus
nos quoque nuncupare personas. Quare autem de irrationabi-
libus animalibus grecus ypostasin non dicat. sicut nos de isdem
nomen substantie predicamus. hec ratio est. quod nomen hoc meliori-
bus scilicet rationibus [al] applicatum est. ut aliquid quod est excellen-
tius. tam etsi non descriptione nature [i. usie] secundum id quod yposta-
ste